



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis  
Præmonstratensis**


**Sterre, Jean Chrysostome van der**

**Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.**

III. Ioannes Lohelivs. Anagramma. En Sion Lavs Helio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37161**

SOL es Ausonius micans Latinis;  
 Graius HELIVS es micans Pelasgis:  
 Tui Nominis omen hoc LOHELI,  
 Nomen ominis hoc tuum LOHELI:  
 Viuens SOL Latiis ïo fuisse,  
 Post mortem (voueo) HELIVS futurus.



## III.

IOANNES LOHELIVS.

Anagramma.

EN SION LAVS HELIO.

**S**Vnt, deuicta quibus magnū dedit Africa no-  
 Sunt Asia nomen qui peperere sibi: [men,  
 Pellaus Iuuenis Magnus toto audiūt orbe,  
 Orbis cui misero non satis unus erat :  
 Cæsar is & Magnus Gener est, & Tullius; ille  
 Bellonā magnus, Tullius ore fluens:  
 Nectantum Magnos fecit sibi stulta vetustas;  
 Est & Gregorius Magnus, & Aurelius.  
 Et verò Magnum quis te neget esse LOHELI,  
 Magna cui virtus Relligioque fuit?

T 3 Ma-

Magnatibi pietas & pauperis atque Tonantis:  
 Magnus IOANNES non merito inde mihi?  
 Omnia magna quidem de te præconia; verum  
 Præcipue EN fulget LAVS tua magna SION:  
 Nobilis illa SION, Ducibusq; Palæstra Bohemis,  
 Virtute & meritis irradiata tuis:  
 Omnis in hunc Montem viuo tibi cura LOHELI;  
 Per uigilas speculâ hâc nocte dieque SION.  
 I nunc; quare SION cur sit Speculatio dicta;  
 HELIO ab hac Speculâ EN LAVS sua facta SION.

## I V.

IOANNES LOHELIVS.

Anagramma.

SOLON HELIA VENIS.

**H**eu pietas! heu prisca Fides! Calcata iacebat  
 Prisca Patrū pietas, prisca & auita fides;  
 Atque relegata è terris Astræa, Comesque  
 Religio; & spretus cum pietate Canon:  
 Sacra etiam sacro temerauerat Hæresis ausu  
 Templa Dei Sanctis, templas sacrata Deo.  
 Quis Cato, quis Cæsar, quis corrigat ista Lycurgus?  
 Aut referat Canones quis Numa, quis ue SOLON?  
 Cerno?